

Andreae,

Samuel;

Disquisitio


historico-
physica de

sepulcro


Muhammedis.

Marburg 1677

Ne 30







B. G. D.
DISQVISITIO
HISTORICO-PHYSICA
DE
SEPVLERO
MUHAMMEDIS.

Quam
PRÆSIDE
SAMUELE ANDREÆ,
S. Th. D. ejusdemque Extraord. Histor. ac Eloqu.
Ord. Professore, Bibliothecario & Eccle-
siæ Reformatæ Pastore
Ordinario,

*Ad. 17. Martii in Auditorio ad Nudipedes H. L. Q. S.
Publicè ventilandam proponit*

JOH. PHILIPPUS JORDIS,
Moeno - Francofurtensis.



MARBURGI CATTORUM,
Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr. ;
Anno M. DC. LXXVII.



D: Ne 30

Ha 1





בנה

DISQUISITIO
HISTORICO-PHYSICA
DE
SEPULCRO
MUHAMMEDIS.



Nterea quæ de Muhammede, famoso illo O-
rientis Impostore, vulgari quadam traditione
feruntur, hoc quoq; est, sarcophagum in quo
cadaver ejus reconditum, vi quadam magne-
ticalibratum, in aëre sublimem teneri. Quod
an verum sit, prius dispiciemus. Tum verò
etiam de vi ista magneticâ quædam ex hypo-
thesi disputabimus. Nam quamvis nostra ni-
hil intersit, quomodo impostor ille & Pseudo-propheta cubet, aërem
an terram occupet, qui nec aëre nec terra dignus; tamen cum sepul-
crum ejus peregrinantium superstitione quotannis hoc tempore
verno frequentetur, ipsaque traditio recepta sit, veritatem eruere co-
nabimur.

II. Atque ante omnia ipsa illa traditio explicanda est verbis istorum
qui in Orientem profecti, dum in mores & ritus gentium inquirunt,
hanc quoque, seu auditione, seu conjecturâ, fabulam acceperunt, quæ
inter Christianos potissimum vulgata altius hæsit, cum non ita in
Arabiam ad famosum Pseudoprophetæ sepulcrum quam alia Orien-
tis loca aditus pateret, sed hinc à latronibus, inde à peregrinatoribus
Muhammedanis atque incolis urbium Meccæ ac Medinæ gravissi-
mum periculum immineret, si quis Christianorum ausus fuisset à vilo-
his ergò illuc proficisci, & coram inspicere locum, cui veneratio
incredibilis à tantâ multitudine hominum in annos singulos huc con-
fluen-



Auentium deferebatur. Id quod infra exemplo luculento demonstratum dabo.

III. Qui ergo afferunt miraculum aliquod magneticum in isto Muhammedis sepulcro extare, illi non uno modo rem referunt. Quidam narrant, ipsum Muhammedis cadaver arcæ inclusum ferreæ, vi fragmentorum magnetis fornici insertorum attractum, teneri quasi pendulum & in aëre sustineri. Hos inter est *Joh. Hugo à Linschoten* qui *part. 1. Navig. suarum cap. 4.* ubi de insula Molambique & locis vicinis agit, ita quoque de hoc sepulchro. *Part. 2. Der orientalischen Indien pag. 21.* An diesem Vorgebürge und Insul (sc. Socotora) fängt sich an der Eingang Estreyto de Meca, dieweil darinnen an der seiten / welche an Arabien stößt / die Stadt Meca ligt / alda des Mahomets Leib in einer eisern Kisten hangt in der Luft unter einem Himmel / welcher von Magnetstein gemacht / allda es eine grosse Wahlfahrt von Türcken und Moren hat.

IV. Nec aliter illi ex quorum relatione *Breitenbachius* in *Itinerario de moribus Saracenorum* agens sic scribit *cap. 4.* Reißbuch des Heiligen Lands *Part. 1. pag. 143.* Da nun der jetztgenant Mahomets Nachkommer (de Abubecro loquitur) Callipha von den seiten genant / sich in seinem Königreich bestättiget sahe / ließ er seinem Vorfahren ein gar köstlich Grab machen zu Mecha / in einem gar grossen schönen Tempel / und man sagt / daß er den Sarg darinn die Gebein Mahomets lagen / zu ringst umb mit eisen hab überziehen lassen / und heimlich etliche grosse stück von dem Stein Magnes genant / oben in dem Tempel verborgen / welche den Sarg durch Krafft desselben Steins / der in das Eisen würckt / über sich zogen / daß man meynet / er hienge wunderbarlich in der Luft / und in der Irrung und Aberglauben feyn die Saraceni allezeit gestanden : Addit , destructionem hujus sepulcri vi tempestatis Anno 1470. contigisse, quæ cadaver Muhammedis unà cum tumba ad loca subterranea demerserit, partem quoque dejecerit templi & igne consumpserit. Doch (ait) umb die zeit als man zehlt von Christi Geburt 1470 Jahr / als uns Glaublichen ist gesagt worden / kam urplötzlich ein greulich und ungestümm Gewitter über die Statt und den Tempel zu Mecha / und schlug das Grab Mahomets des Verführers / mit sambt seinem Leibe so tieff unter die Erden / daß man es nicht mehr kan oder mag finden / darzu ein grosses
theil

heit des Tempels siel hernieder und ward von dem höllischen Feuer verzehret.

V. Alii qui videri volunt fabulam rejecisse, dum negant, arcam ferream in qua Muhammedis cadaver in aëre pendulam esse, in eo tamen cum reliquis consentiunt, quòd hoc Muhammedis sepulcrum Meccæ quarant, aliquem velint magnetem parietibus templi Meccani insertum, & hujus vi lunulam quandam argenteam sublimem ac pendulam in aëre conspici. Ex istis quoque *Surius* est Minorita Recollectus Conventus Bootendael prope Bruxellas, qui ante annos triginta tres in Palæstinam profectus in mores simul & ritus gentium orientalium inquisivit, & Itinerarii cui titulum fecit *Den godvruchzigen pelgrim lib. 1. cap. 53.* præter schema sepulcri illius, hanc quoque dat ejusdem descriptionem. *Belangende het graf van Mahometh, vvaer van so veel vvonders (maer meest leughenen) onder den gemeynen man uyt-gestroeyt vvord, sal ick den curiensen Leser met de Afbeeldinge desselfs dadelyk het subject ende naturelyck vvonder dar af uytlegghen. Het grootste mirakel dat men hier siet, is eenen zeylsteen van dry vingheren dick, ende van twee voeten ende eenen halven in syn vierkant, den vvclcken aen den muer naer de Noordsyde vast is gemaecte met vier silvere houvv-vasten. Eenon voet tegen over desen steen isser een silvere half Mane, vvaer om eenen yseren ringh gemaecte is eenen duym dick: vvclcken ringh door de kracht van den zeylsteen opgetrocken synde, de half Mane in de locht houdt hangen tusschen den ghemelden muer ende Mahomeths graf. Dit is't groot maer naturelyck Mirakel, dat soo veel duysent menschen tot sich trecke ende vvaer van men zo veel spreeckt, het vvclck ick V.L. hier verthoone. Hier is te bemercken dat het een grove leugen is, te seggen, dat Mahomeths lichaem in een ysere kiste tusschen vier zeyl-steenen in de locht hanght, als ick sal seggen in het 34. capittel van den derden boeck. *Ibi autem nempe lib. 3. c. 34.* ejusdem Itinerarii hæc habet. Sommighe meynen, jae gelooven, dat het lichaem van den valschen Propheet Mahometh in een ysere kiste gheslooten is, ende tusschen vier groote zeyl-steenen in de locht hanght: maer dit is een kinder-fabel, die sekeren goddelosen mensch tot lof van Mahometh heeft versiert. Want gelyck de Turcken seggen, die te Meka zyn ghevveest, al vvaer zyn stinckende lichaem, als men meynt, licht, en siet, men maer alleynelyck twee*

verheven graven, of tomben, voor vvelcke eenighe duysent lampen hanghen. Dit hebbe ick van verscheyde persoonen die daer zyn geuueest neerstelick ondersocht, die my iselue soo gheseyd ende bevestigt hebben, gelyck oock boven geseyt is in het 53. Capittel des ersten boecks.

VI. Quid verò negantes, à quibus veriora petere licet? Uno contendunt ore, Muhammedem non Mecca sed Medina sepultum, nec solùm arcam cadaver continentem, haud in aëre pendere, verùm etiam nullum ibi conspici magnetem. Ita Gabriel Sionita de moribus Orientalium cap. 8. Tandem (inquit) hic Pseudopropheta ante undecim post suam Hegyram seu fugam: uti Ben Casem capite 31. de cantu ac vocibus asserit, etatisque suae 63. relicto Abi-Becr successore, animam suam Medina diabolo tradidit sine fine in Gehenna tormentis cruciandam, ibidemque sepultus est in tumulo Aaisce uxoris suae. Hic superbum templum atque ingens, pereleganti architectura munificaque arte est erectum, quod quotidie Othmannorum sumptibus aliorumque principum donariis certatim splendideq; augetur illustraturq;. Intra hoc aedificium sacellum extat non perfecta quadratura venustissima testudine tectum, sub quâ est urna lapidea Hagiar Monavat scilicet lapis lucidus dicta, quae ut dictum est, ad Aaisce Mohamedis uxorem pertinebat. Hac tota auro ac serica veste est tecta, ferreisque cancellis auratis undiquaque circumdata; intra hanc, quae auro gemmisque fulget, Mohamedis foetidum cadaver fuit collocatum, quod nec in aërem elatum, nec vi magnetis sursum, aut alia arte elevatum, sed humi lapidea urna forte vacua miserè jacet. Templum hoc Moslemanni peregrini post à Mecca reditum invisunt, & eò libentius, quia Mohamedes adhuc vivens dicere solebat, qui tumulum meum post obitum inviserit, ac si me viventem invisisset, & ego illi vitam omnibus voluptatibus affluentem concedendam apud Deum intercedam; propterea gregatim omnes summum huic loco honorem deferunt, summaque veneratione eos cancellos (cùm nemini pateat aditus ad praedictam urnam) amplectuntur ac deosculantur, & foelices se ac beatos praedicant. Hinc factum est, ut multi hujus loci desiderio patriam consanguineosque relinquerint: plerique etiam tali insana dementiaque capti fuerint, ut sibi sponte oculos eruerint, ne scilicet quicquam mundanum, ut inquiunt, viderent: reliquum vitae curriculum ibi peregerint.

VII. Ex Nic. Christophorus Radzivil, Dux Polonus, Hieros. Peregrini.

*regrinat. Epist. 2. pag. 41. disertè. Cùm essem in Cayro, diligenter sum
percontatus è Turcis, qui è Mecha veniebant, verumne esset quod vulgò
de sepulchro Mahometi fertur, illud è ferro compactum, vi lapidis
Magnetis attractum veluti in aère pendere. Negarunt hoc isthic esse.
Sed sepulchri Mausolaum altius elevatum, columnis non adeo crassis
sustentari: cumq; conclave illud, angustum & obscurum sit, nec aliud
lumen quàm lampadum admittat; iis qui à longe prospectant, pensilis
tumba videtur: sed qui propius accesserit, facile animadvertet illam
columnis impositam.*

VIII. Omnium verò evidentissimè testis à *Ulbertus Ludovicus de
Barthema*, Bononiensis Italus, qui postea in Indiâ ob fortitudinem
in quâdam velitatione comprobata, equestri dignitate à Prorege
Goræ fuit ornatus. Is enim per mille pericula, eo tempore quo Ma-
meluchi adhuc Ægyptum tenebant, (i. e. ante annum 1517. quo re-
gnum eorum occiso Tomumbejo ultimo Sultano, à Selymo Tur-
carum Imperatore est eversum) cum Carovana Damascenâ Meccam
profectus, lustravit etiam sepulcrum istud famosum, & Meccæ agni-
tus à quodam qui ad Muhammedanos defecerat, non nisi simulatio-
ne professionis fidei Mohameticæ discrimen vitæ evasit, atque inde
digressus per Arabiam felicem tandem Adenam emporium ad mare
rubrum celeberrimum intravit, ubi ex suspitione quod Christianus
esset, tanquam explorator captus Rhadam ad Sultatum ductus, favo-
re magis & intercessione Reginae quàm stultitiæ simulatione peri-
culum mortis aut faltem captivitatis perpetuæ evasit, atque sic Ade-
nam reversus, inde ad emporium Ormus transiit, unde per varia In-
diæ Orientalis loca peregrinatus, Cambajam quoque, Canonor,
Bisnagar, Narsinga, Calicut, Coromandel, Zeylon, Ternasseri, Ben-
gala, Pegu, Malacca, Sumatra, Banda, Borneo, urbes & insulas ac re-
gna, Javam usque progressus, adiit, atque exinde oram relegens, Ma-
laccam & Calicutum rediit, hinc Canonorem reversus, ad munimen-
tum Lusitanorum, quorum tum ibi classis erat, transfugit, à quibus
humaniter exceptus, cum illorum navibus tandem in Lusitaniam, &
sic in Italiam, pedem feliciter retulit.

IX. Hic autem in Itinerario suo, quod *Hieronymus Megiserus*
primùm ex Italico in linguam Germanicam, alius ex hac in Belgi-
cam transtulit & Trajecti ad Rhenum anno 1654. publicavit sub ti-
tulo,

culo, De uytnemende en zeer vvonderlyke Zee en Land Reife van d'Heer Ludouwich di Barthema, van Bononien, Ridder: sequentia Part. 1. cap. 5. habet de illo Muhammedis sepulcro, cuius ego testimonium omnibus aliis arbitror praferendum, atque integrum hic apponam ceu rarissimum & integræ fidei, non omissis illis quæ heterogenea possent videri, cum non minus memorabilia sint, nec ab argumento quod tractamus, aliena.

X. Sommige (inquit) vvillen, dat des vervloecten Mahomets Lichaem tot Mecha sou leggen; maer ick segge sulcks onvvaccachtigh te syn, overmits ick zyn Graf selfs in Medina Talnabi gesien heb, alvvauer vvuy drie daghen bleven leggen. Op den eersten dagh dat vvuy in de Stadt quamen, vvilden vvuy die geheel doorsien, maer doen vvuy de Kerck deur der Moschea, daer Mahometh begraven leyde, naeckten, en ingaen vvilden. vvierd ons geseyt, dat yeder van ons een van hun Mooren moest mee nemen, om ons by der hand in de leyden, 't vvvelck geschiedende, gingen vvuy in, daer ons het Graf Mahomeths gevvvesen vvierdt.

XI. De Moschea of Kerck, daer Mahometh in begraven is, is recht vierkant, heeft in de lenghte hondert, in de breete tachtigh schreden, is doorgaens vervvvelft, een heeft vvve deuren, door vvvelcke men ingaet, een aende voorste, en een aende achterste zyde. 't gebouvv staet op vier hondert pylaers van louter gebacken steen, vvauer in by de drie duysend brandende Lampen hangen. Aen d' een zyde daer men ingaet, is, een Tooren, vyf schreden in 't vierkant geboud, rondom met kostelyck zyde gevvvaet behanghen. In 't onderste van den Toorn is een schoonen bodem en trappen van Metael, en daer by kopere Traliens, daer de Lieden, die den Toorn besien vvillen, staen. Op de lincker handt is een deurken, door 't vvvelck men in de gemelten Toorn ingaet. Aen 't selve is een ander deurken, in vvvelcke aen d' een zyde vvvintrigh, aen d' ander zyde vyf en vvvintich boecken staen, seer kostelyck gebonden: In de vvvelcke het leven Mahomeths, en zynere Med-gesellen, als oock zyn vvvetten beschreven staen. In den Toorn is een Graf onder d' aerde, vvauer in 't Rif van den godlosen boef begraven vvierdt: daer in leggen oock eenige van zyn vrienden en helpers, namentlyck vvvee van zyns Dochters Mannen genoemt Haly en Othman. Haly vvvas zyns broeders soon, en nam zyn dochter Fatma ten vvvyf. Daer leggen

legghen oock twee van syn Swagers Bubecher en Homer. Van Bubecher seyt men, dat hy sou tot Roomen gekomen zyn, versoekende Kardinael te werden, maer dat hem zyn voornemen misluccke was. Dese vier waren des Mahomets Hoofst. lieden, en een yegelyck van haer Boecken zyn bysonderlyck daer, vvaer in haer leven en daden, oock haer Leer en vvetten vervat staen. Haer Leer is seer verscheden, en dickmael gheheel teghen malkander: Vvaerom veelydts gebeurt, dat die ongelooovige menschen daer over in oneenigheydt geraken, soo dat sy selfs malkanderen menigmael dood slaen, door dien yeder zyn Secte verdedigen vuil, die doch al te gelyck valsche en godloos zyn.

XII. Maer op datmen dies te beter de valscheyd des Mahometaenschen geloofs erkennen magh, so moet ick yets seggen van 't geen ick aldaer gesien en gehoort heb, en neffens dat verhalen, hoe bedriegelyck deselve Mahometanen met onse Carovana gehandelt hebben. Doen wy het Graf Mahomeths gesien hadden, liet onse Hooftman een van de overste Papen tot sich halen, tot hem seggende, dat hy hem het Lichaem Nabi, dat it 't lyf des Propheet's Mahomeths, sou sien laten, 't vvelck soo hy dede, vvilde hy hem drie duysend Seraffi of Ducaten in goud geven; 't vvelck onse Hooftman lichtelyck doen kon, vermits hy noch Ouders, noch Maeghschap noch Vrouw, noch Erfgenamen had: hy was oock dese vvegh niet gereyft, om eenige vvinst daer door te ontfangen, maer alleen door een dvasen yver gedreven zynde, om soo hy meynde, zyn zaligheydt te bevorderen, door het sien des Lichaems Mahomeths. Hier op vviervd hem van den oversten Paep geantwoord, in toorn en hooghmoed: Hoe dan! Kond ghy soo vermeten zyn, dat ghy met u vvoogen, vvaer mee ghy so veel quaets op dese VVereld gesien en begaen hebt, vvilc aenschouven 't Lichaem van dien genen, van vviens vveogen Godt Hemel en aerde geschapen heeft? Vvaer op de Hooftman in haer spraeck antvvoorde: SIDI IN TE CATE MELIE &c. betekende: Ghy seght vvaer, myn Heer, maer doe my so veel gunst en genade, dat ick 't lichaem des Propheet's sien magh, en ick belof u, soo haest my 't selve sal toegelaten zyn, soo sal ick myn oogen om zynent vuil laten nyt graven. De overste Paep beantvvoorde hem vveer mee dese vvoorden: Heer, ick sal de geheele vvaerheyd aen u seggen: ick kan u vvel verseecken, dat onsen Propheet even aen dese plaets heeft vwillen steruen, op dat hy ons een goede voorbeeld geven sou, en soo hy

B

gevuilt

gevuilt had, hy sou veel tot Mecha hebben kunnen sterven, maer hy heeft armoede willen lyden, om ons te ondervvysen, dat vvy hem naes volgen soudem: en soo haest hy gestorven is, is hy van de Engelen ten Hemel gedragen, alvvaer hy nu de naeste by Godt is. Doen hy nu veel dierghelycke saecken voortgebracht had, soo vraeghde onse Hoofstman, die, gelyck geseyt is, een Mammeluck of verloochent Christen was, hem aldus: EYSE HEBENE MARIAM PHION? Waer is dan de Soon Mariae, namentlyck Jesus Christus? Waer op hy antwoorde: WABEL ALNABI. In Nederlandts, By de voeten Mahomets. Doen spraek onse Hoofstman: BESSBES HICFI, soo veel als: 't is genoegh, ick begeer niet meer te weten. En tot ons komende, sey hy; Siet nu, hoe lichtelyck had ick drie duysent Seraffi of Dincaten onnuttelyck vvegh geworpen.

XIII. Denselven avond, ontrent ten drie uren in der nacht, quamen tien of twelf Papen in onse Carovana, vvelcke ontrent tve steenworpen van de Stadt lagh, die, d' een hier d' ander daer, met luyder stem aenvongen te roepen: LELIA ILLALA MAHOMETH RESULALA JAM NABI HIALA HIALA SULLALA STAFFORLA: in duytisch: God is gevvest, God sal zyn, en Mahometh, Gods Bode, sal vveder op-staen: ô Propheet! ô Godt! vergeef my. Als onsen Hoofstman en vvy dit geschrey hoorden, liepen vvy tot onse vvapenen, niet anders meenende, of de Arabiers hadden een inval gedaen, om de Carovana te beroven. Maer hy bevindende dat het Papen vwaren, soo sey hy tot hun: Wat is dit voor een vvesen? vvaerom maect ghy sulcken gerucht, en dat noch by nacht! Sy gaven tot antwoord: INTEMA ABSOR MIRI IGINEM, EL BEIT EL NABI VRAMEN EL SAMA, soo veel gheseyt, als: Ach! siet ghy niet den glantsch, en heerlyck afschynsel, die sich nyt het Graf des Propheetes verheft? daer mee vvillende te verstaen geven, dat haren Mahometh een vvonder-vverck gedaen had.

XIV. Maer onsen Hoofstman 't bedrogh merckende, sey tot ons: Nu, sie toe, vvant voor my, ick beken niets te sien: en daer op vraeghde hy aen ons allen, of vvy oock yets saghen? vvaer op vvy gelyckelyck neen seyden. Doen sey een van de oudste Papen: Gevvisselyck so zyt ghy dan Slaven en Mammelucken: Ja, sey de Hoofstman, de sodanige zyn vvy. Waer op denselven dit vveer nyctriep: O ghy Heeren,

Heeren, daerom en Kond ghy dit niet sien, vwant dit zyn Hemelsche dingen, en ghylieden zyt noch niet volcomen genoeg sterck in ons Geloof. Onsen Hooftman voer aldus daer op uyt: JAMILA NONANTICA TELETHI ELPHI SERAPHI, NU ALLA ANEMA JATI CELP MENELGHELI. Dat is: O gy narren! Ick heb u drie duysent Ducaten vwillen geven, maer by God ghy sultse nu te geener tydt verkrygen: ghy zyt lose Honden en Hondsgheslacht. Wy merckten dit Bedrogh altesamen vvel, vermits sy in aller haest op't opperst vanden Toorn een vyer gemaect hadden, meenende, dat vvy meenen souden, dat Mahometh een mirackel gedaen had. Diens halven vorboodonse Hooftman, dat niemant van ons vveer in die Moschea of Kerck gaen son. Wy bleven alhier drie dagen, om ons en onse Kamelen te ververschen. Doch eer ick voortgae, ick kan sekerlyck seggen, en de gunstige Leser magh het voer vvaerachtigh aennemen, dat alhier geen ysere of stale sarck, oock geen magneet is of geberght daer rondom, in vier mylen vweghs, ghelyck men anders veel van Mahomeths Graf pleegh te fabuleeren.

XV. Ex quibus oberves licet 1. Sepulcrum hoc Pseudoprophetae non Mecca (qui error vulgaris etiam Bertio in tabulis Geograph. adoptatus, quamvis aliàs rectè turrim quadringentis columnis impositam describat) sed Medina extare, quæ alio nomine Medinat Anabi i.e. civitas Propheta dicitur, eo quòd illum exceperit Mecca profugum & jam quoque cadaver ejus teneat. 2. Consentire hoc testimonium in plerisque cum descriptione Gabrielis Sionita supra §.VI. relata. Ille dicebat superbum illi templum atque ingens pereleganti architectura munificaque arte esse erectum, quod quondam Ottomanorum sumptibus aliorumque principum donariis certatim splendideque augeatur ac illustretur. Et Ludov. di Barthema similis templi meminit. Ille intra hoc adificium sacellum exstare, ait, non perfecta quadratura venustissima testudine tectum. Hic turrim nominat quinque passuum latitudine in quadrum structam. Ille totam auro ac serica veste tectam dicit atque cancellis undiquaque circumdatam. Hic pariter vestis sericæ pretiosæ meminit & cancellorum extra quæ spectatores consistant. Negat ille cadaver Muhammedis in ærem elatum, aut vi magnetis sursum aut alia arte elevatum, sed humi jacere affirmat. Negat idem Barthema, sepulcrum subterraneum esse, nullam ibi iumbam, ferream vel chalybeam ait, reperiri, nec magnetem aut

montem intra quatuor milliarium circuitum extare asseverans. Con-
jicit *Sionita*, urnam forte vacuum esse. Nec aliud colligere licet ex il-
lis quæ *Barthema* de colloquio Ducis Carovanæ cum sacrificulo quo-
dam Muhammedano refert, hoc fatente, cum ille oblatis tribus du-
catorum millibus cuperet cadaver Muhammedis sibi ostendi, id sta-
tim ab obitu ejus angelorum ministerio in cœlos delatum, ubi nunc
Deo proximus sit. Narrat denique *Sionita*, quosdam tali insania
dementiaque captos fuisse, ut conspecto hoc sepulcro sibi sponte
oculos eruerint, ne quicquam mundanum deinceps viderent. Idem
Barthema narratio suggerit, in Duce illo Carovanæ qui, præter
tria ducatorum millia quæ offerebat, promittebat insuper, se passu-
rum ut oculi sibi eruerentur, postquam voti in conspiciendo cadavere
compos esset factus.

XVI.3. Esse tamen etiam nonnulla in quibus discrepant hi autho-
res, & in utroque aliquid notari quod alter non habet. Notat *Sionita*
sepultum esse Muhammedem in tumulo Aaiscæ uxoris. Hujus *Bar-
thema* non meminit, sed alios quosdam socios ejus & amicos, nomi-
natim *Halyn* & *Oihmannum*, *Abubecrum* & *Homarum*, (quorum
duo postremi Soceri Muhammedis fuerunt) eodem tumulo conditos
dicit. Meminit ille templi indefinitè, quod sit superbum, ingens ac
perelegantis structuræ. Sed hic templum illud seu Moscheam exactè
describit, quod sit planè quadratum, centum passus in longitudinem,
octoginta in latitudinem patens, fornice tectum, duas januas habens,
& quadringentis columnis latericiis incumbens, in quo tria lampa-
dum millia ardeant. Ait *Sionita*, urnam esse lapideam, quæ *Hagiar*
Monavat i.e. lapis lucidus dicatur, intra quam auro gemmisque sub-
gentem cadaver Muhammedis reconditum sit. Nihil horum *Barthema*
أولئك. Vult *Sionita*, eandem urnam ferreis cancellis auratis cir-
cumdatam. At *Barthema* cancellos cupreos esse affirmat. Nihil
porrò *Sionita* de aditu hujus sacelli vel turris. Ait *Barthema* ad si-
nistram ostiolum esse dicit, per quod aditus pateat, illique junctum
aliud ubi ad unum latus viginti, ad alterum viginti quinque sint libri
compacti admodum pretiosè, qui vitam & leges Muhammedis ac so-
ciorum contineant. Tandem quoque *Sionita* existimat, Moslema-
nos post à Meccæ reditum invisere hoc templum. Ex *Barthema* au-
tem colligimus, id non esse perpetuum, cum ipse prius Medinam,
post

pòst Meccam venerit. Imò situm locorum spectanti evidens est, ex Syriâ & Damasco venientibus semper prius adeundam esse Medinam antequam Meccam petant.

XVII. 4. Fabulam de *Abubecro* adeò crassam, ut omni probabilitate careat, nempe venisse hunc Romam, spe Cardinalitiæ dignitatis impetrandæ, quæ decollarit. Dicitur non potest quàm hæc fabula sit absurda. Si Abubecer fuisset Christianus, tamen nil in hæc narratione esset verisimilitudinis. Jam verò, militem Arabem, & juratum Christianorum hostem, qui fortè ne quidem nomen unquam audivit Cardinalis, vel voluisse, vel potuisse adspirare ad talem gradum, adeo ridiculum est ut nil possit magis.

XVIII. 5. Fraudem insignem sacrificulorum Muhammedanorum in fingendis miraculis, qui cùm ignem ipsi excitassent in fastigio turris, persuadere volebant fulgorem aliquem ex sepulcro Muhammedis surgere. Id enim potius credo, quàm esse ibi columnam quandam aut turrim quæ continè ardeat, uti colligi posset ex schemate quod *Sarius* l.c. habet. Non tamen quid novi aut miri, fulgorem hujusmodi in sepulchris observari. Ita enim de *Sepulcro Esræ* Scribæ & Sacerdotis, quod ad fluvium Samuram in aditu Persiæ esse dicitur, refert Rabbi *Jehuda Charisius* in suo elegantissimo *Tach-Kemoni cap. 35.* quòd postquam id esset pastori cuidam in somnio detectum, addito miraculo redditi in altero oculo visus, atque sic in loco designato fodiendo inventa esset arca ferrea, cujus inscriptio, legente Judæo, Esræ eam esse indicabat, hæc ab incolis loco commo-
modo fuerit deposita: ומאו ועד עתה יעלה ערל קברו בקצרת אור מבקע אפילות' *Et exinde (addit) ac hucusque certis noctibus supra sepulcrum ejus ascendit lux tenebras discutiens.* Quam & sibi visam fuisse in sequentibus confirmat, & ceu miraculosam defendit, occurrendo objectionibus, quòd non sit ab igne accenso. כי אמר (inquit) אורות האש היא אורות הכבוד ברה כחמה' *fulgor ignis ruber est: at fulgor gloria purus ad instar Solis.* Quòd etiam non sit à peculiari terræ, quæ sulphure & bitumine abundet, constitutione. כי להב וגפרורת בעלותו לא יתעלם קדרותו. בעבור כי עשן השחרות סביב אורתו ואין לו אור מזהיר וליג נונה זך וכהיר וזאת האורה זכה וברה. והיא בחשך מאורה וימין ושמאל מרקדת ועולה ויורדת. ולהב הגפרית עולה בכבודת ושפלות

וְאֵלֶּיךָ נִשְׁבָּעוּ וְקִלְוֵתָּם
Nam (ait) flamma sulphurea ascendens nigredo non potest abscondi, eo quod fumus quidam ater fulgorem ejus ambiat: neque in eadem fulgor lucidus aut splendor purus & illustris observetur, cum contra hac lux sit pura & munda, etiam tenebras illuminans, dextrorsum ac sinistrorsum se diffundens, ascendens & descendens. Ascendere autem etiam flammam sulphuream, sed ut gravitate quadam humilis maneat. Fulgorem vero gloria celeritate & levitate singulari sursum ferri.

XIX. Magno ergo consensu fabula ista de loculo Muhammedis vi quadam magneticâ in aëre librato refellitur. Quam & Vartemannum quendam rejecisse Cl. Hornius in *introductione ad Geographiam antiquam* testatur, sic scribens de Muhammede: *Sepulchrum est, non, ut vulgò creditur, Meccæ sed Medinæ. Omitto nunc quæ de ferreo loculo & magnetis tradunt; sunt enim plusquam anxia, & dudum à Vartomanno rejecta.* Sed quoniam omne falsum aliquid habet ex vero, originem hujus fabulæ indagemus. Fieri enim vix potuit, ut Mecca pro Medina latè adeo sparsâ traditione supponeretur, & res adeo incredibilis de arcâ in aëre suspensâ crederetur, nisi quid lapidis fuisset ibi observatum, cui ceu magneti, vis aliqua ab hominibus superstitiosis & credulis esset tributa.

XX. Et quidem initio non placet Radzivilii conjectura supra §. VII. relata ex ore ipsorum Turcarum, qui à Mecha erant reversi. Prout enim rectè negârunt, sepulchrum hoc isthic esse; ita minus feliciter tradiderunt & opinati sunt: *Sepulchri mausoleum altius elevatum, columnis non adeo crassis sustentari: cùmque conclave illud, angustum & obscurum sit, nec aliud lumen quàm lampadum admittat; eis qui à longe prospectant, pensilem tumbam videri: sed qui propius accesserit, facile animadvertere, illam columnis impositam.* Nam ex istis quæ antea relata patet, templum illud Medinense quidem quadrangenti columnis impositum, non tamen sacellum seu turrim in quo ipsum sepulchrum. Præterea, hoc sepulchrum non altius elevatum, sed humi conspici ac subterraneum esse. Denique etiam si sacellum istud angustum & obscurum sit, cancellos tamen habere per quos prospectus in sepulchrum pateat, atque ipsum templum tribus lampadum millibus illuminari. Quomodo ergo jam fieri potuit, ut à longe prospectantibus pensilem tumbam videretur, propius autem accedens facile animadverteret illam columnis impositam?

XXI.

XXI. Mihi autem potius videtur, 1. Cùm illa solennis Turcarum peregrinatio annua, quâ *Meccam* simul & *Medinam* visitare solent plerique, magis fieret *Mecca* gratiâ quàm *Medina*, ad *Caabam* ibidem seu oratorium sacrum circummeundum, bibendum ex puteo *Zamzam*, osculandum lapidem *Bractan*, & lapillos ritu idololatrico septies jaciendos; illi etiam qui ex *Ægypto* & *India* commeabant fortè non irent *Medinam*, adeoque peregrinatio hæc à sola *Mecca* appellaretur *Meccana*; nec tamen deessent, qui ex hac peregrinatione reversi utrâque urbe lustratâ, quædam de *Muhammedis* sepulcro narrarent: hinc factum, ut primò creditum sit sepulcrum illud quoque *Meccæ* extare.

XXII. Præsertim quoniam 2. audiebant de sepulcro quodam sacro, nempe *Ismaelis*, quod in templo *Meccano* pariter visitabant religiosè. De quo ita *Scharifol' Edrisi* Arabs in descriptione *Meccæ* apud *Cl. Pocock Not. ad specim. Hist. Arab. pag. 126.* Et juxta fundamentum hujus partis (de partibus templi *Meccani* loquitur) locus est inclusus, circularis longitudine 50. cubitorum, in quo est lapis albus, qui *Ismaëlis filii Abrahami* sepulcrum perhibetur. Nihil enim facilius fuit quàm hoc cum sepulcro *Muhammedis* confundere.

XXIII. Sed accessit imprimis 3. varia tum de lapidibus sacris *Caabe* i.e. oratorii sacri *Meccani*, relatio, tum de hoc ipso oratorio, quæ confusa inter se & aucta conjecturis, tandem fabulam illam peperisse videntur. Quod ut eo melius pateat, sunt ista prius paulò clarius ex Arabum monumentis & traditionibus enarranda, quas studiosè collectas exhibuit potissimum *Cl. Pocockius* in modo citatis *Notis ad specimen Historia Arabum*, seu excerptum quoddam ex *Historia Dynastiarum Abulfaragii*, quam postmodum integram edidit.

XXIV. Inde ergo discimus (pag. 125. 126.) in medio *Meccæ* esse oratorium magnum quod *Alharam* (sc. *Asylum* seu locus interdictus, vel sacer) aut etiam (uti pag. 116.) *Almesjad alharam* seu adoratorium sacrum vocatur. Hoc tectum caret, atque instar septi spatium intermedium ambit, & columnis 448. constat ac portas 38. habet. In hujus autem oratorii medio est *Alcaabah* seu domus alia tectum operta, id nominis habens vel ab eminentia, quia quicquid excelsum est Arabibus *כעב* *Caab* dicitur, (p. 114.) vel *לתכעובהא* *Letac'ibeha*, quod formæ sit quadratæ, à *כעב* quadratum facere. Longitudo ejus
versus

versus orientem & occidentem est 24. cubitorum, versus septentrionem autem & meridiem 23. altitudo verò 27. cubitorum pag. 126. Hanc *Barthema Itinerar. cap. 6.* turrin quadratam vocat, cujus extrema quinque aut sex passibus distent, opertam veste sericâ quatuor ulnarum latitudine, intra quam aditus per ostium pateat altitudinis staturæ humanæ, ad cujus utrumque latus interius vasa quædam locata sint, quæ dicant balsamo plena & solùm in die Pentecostes ostendantur. Incolas autem asserere, esse hoc balsamum partem thesauri Sultani Meccani. Esse autem etiam ad quatuor latera hujus turris cancellos virgis ferreis subtilissimis constantes, quibus lux excipiatur.

XXV. Hujus verò statuendæ rationem hanc ex *Sharestano* affert *Pocock, p. 115.* Quòd sc. cum Adamus, Paradyso pulsus, à Deo peteret, ut sibi domus ad similitudinem ejus quam in cœlo viderat statuendæ copia concederetur, ad quam preces suas dirigeret, & quam cultûs gratiâ circumiret, ut cœlestem illam Angeli & spiritus ambiunt, Deus lucis quasi aulæa formâ domus demiserit, ad quam inter orandum faciem converteret, eamque circumiret. Mortuo Adamo Sethum ipsius filium ejusdem formæ domum è lapidibus & luto fabricasse; quam cum dejecisset diluvii vis, Abrahamum cum filio Ismaele, Dei mandato aliam ejus loco & forma condidisse, locum monstrante שכניח *Schechinah*, quomodo signum visibile præsentia divinæ solent vocare. Eandem cum ad ruinam vergeret, ab aliis atque aliis subinde restitutam ac renovatam, post Muhammedem natum à Koraischitis, deinde ab Ebnzobair, atq; ea demum quâ nunc est formâ ab Hejazo, anno Hegiræ 74. Hæc de Caaba illa Arabes, in quibus evidens satis detorsio illorum quæ *Gen. XXII. 3. Exod. XXV. 9. 40. & XXVI. 30.* leguntur, præsertim cum templum Hierosolymitanum in illo monte Morijah fuerit extructum, Muhammedani illam quoque suam Caabam tapetibus sericis tegant, & post peracta in templo Meccano sacra, tot ovium & vervecum mactatione, Abrahamum, arietem loco filii mactantem, imitentur, nec aliunde quam ex fabulosâ quadam de ligatione Isaaci narratione originem jactans lapillorum in vallem Mena (qui & ipse ex ritibus istius peregrinationis religiosæ est) arcessant, ut *Pocock. p. 315.* tradit. Confer *Joh. Andream, Confus. Sect. Mahomed. cap. 1.*

XXVI. Jam

XXVI. Jam quod lapides sacros istius templi Meccani attinet, tres indicat esse sæpius laudatus Cl. Pocockius. Primus est lapis niger, quem Arabes *Alhajar alafuvad* vocant, de quo is p. 114. & seq. Hic muro Caabæ est infixus & *Ἐπαχθὰν* dicitur Euthymio Zigabeno in Saracenicis, e lapis benedictionis; interprete Pocockio: qui *Joh. Andree l.c.* est lapis beatus & petra felix, malè verò *Bachtam* vocatur à *Filefaco Select. lib. 1. cap. 13.* Hunc fabulantur è pretiosis Paradyfi lapidibus cum Adamo in terram demissum, ac postea diluvii tempore rursus in cœlum sublatus, vel alibi repositum, ac demum ædificanti templum Abrahamo ab angelo Gabriele reportatum esse. Hunc quis innatare volunt, & eo tanquam certissimâ notâ agnitum, cum à Karmatianis ablatum, post annos 22. demum redditus esset. Hunc osculantur religiosè, sic ut osculantium anhelitu & contactu niger evasit cum antea candore plusquam lacteo esset.

XXVII. Alter est in quo vestigia pedum Abrahami impressa, cum vel illi inter ædificandum Caabam insisteret, ut innuit *Abulfeda*, vel dum ipsi caput, Ismaelis, quem visum venerat, uxor lavaret, ut alii. Unde illi nomen, *מקום אברהם* *Makam Abraham*, *Locus sc. Abrahami* seu quo stetit Abraham. Hic arcæ ferreæ est inclusus & (fatente Pocockio) potius ille quem Euthymius *Brachtan* vocat, cum velit Euthymius idem, ideo illum magni fieri à Muhammedanis quòd Abraham super eo cum Hagaræ coierit, vel ad ipsum alligaverit camelum cum Isaacum immolaturus esset, & dicat, cum in medio *ἄνθρακας* jacere, quod de lapide nigro dici non potest qui muro infixus, ut dictum.

XXVIII. Tertius est, de quo ita idem Cl. Pocock. p. 122. *Alius est lapis, qui quo in honore apud Arabes Idolorum cultores olim fuerit, incertum. Jam verò pro Ismaëlis sepulchro habetur. Meminit ejus nobilis author Sharifol Edrisi &c. Hic verò mihi liceat à Viro celeberrimo & hactenus rerum peritissimo, citra notam temeritatis aut arrogantiae, modestè dissentire, cujus eximiae humanitati tum alia, tum excerpta ex libro *Tachkemoni* supra citato §. XVIII. (cujus ille geminum exemplar, MSptum & Constantinopoli impressum, lubens usibus meis, cum ipsi Oxonii adessem, concessit) fero accepta. Existimo enim, hunc lapidem à priori, qui *Makam Abraham* dicitur, non differre. Id mihi sequentia persuadent, quæ ipsemet in illis sæpius*

pius laudatis *Notis* suis tradit. 1. Quòd *Scharifol' Edrisi* (cujus accuratam Meccæ descriptionem, solùm propter mentionem hujus lapidis injectam, exhibet) duorum tantùm lapidum templi Meccani meminert, quorum unus est *lapis niger*, de quo §. XXVI. alter *lapis albus*, qui in loco ubi Ismaelis sepulcrum, ut jam antea §. XXII. notatum. An enim probabile, hunc authorem, qui cætera tam accuratè exsequitur, omissurum fuisse mentionem lapidis *Makam Abraham*, si lapidem album in sepulcro Ismaelis ab eo distinguere voluisset?

XXIX. 2. Quòd hic lapis albus extra Caabam quidem sit, ita tamen fundamentis ejus vicinus, ut aqua quæ superiori tecto Caabæ extra domum per *ὕδραρον* ligneam effunditur, decidat in istum lapidem qui pro sepulcro Ismaelis habetur eodem *Scharifol' Edrisi* teste p. 126. Jam cùm Caaba in medio oratorii *Alharam* sit, ut supra §. XXIV. notatum, etiam hic lapis albus in medio ejus jacebit. Quo argumento cùm V. Cl. lapidem *Bractan* Euthymii eundem censeat eum lapide *Makam Abraham*, supra §. XXVII. licebit mihi eodem uti, ad ostendendum, nec lapidem album, de quo quæstio est, ab eodem lapide *Makam Abraham* differre.

XXX. 3. Scrupulum injicit, quo sensu *Ahmed Ebn Jusuf* testis oculatus dicat pag. 121. se positam sibi in isto lapide *Makam Abraham* aquam putei Zamzam bibisse. Quomodo enim id fieri potuit, cùm teste *Barthema* cap. 6. hic puteus septuaginta cubitos profundus & peculiari ædícula tectus, decem aut duodecim passibus à Caaba distet, ex quo sex aut octo viri adstantes non solùm aquam pro peregrinis hauriunt bibendam & asportandam, si lubeat, ut *Sionita* cap. 7. sed eadem maximè perfundunt tergo ad puteum reclinantes peregrinos & clamantes: BIZMILEY ERACHMAN ERACHIM STOFORLA ALADIN. i. e. *In nomine Dei miseratoris misericordis remitte mihi peccata*, ut *Barthema* l. c. narrat. An ergo lapis iste *Makam Abraham* in orificio putei Zamzam positus? Aut dicendū, haustam ex puteo aquam isti lapidi impositam fuisse? Num veneratio lapidis id permittit qui areæ ferreæ inclusus? Ego id intelligo de aquâ quæ ex superiori tecto Caabæ in lapidem sepulcralem Ismaelis decidit, ut supra §. XXIX. notatum, quam putei Zamzam dici nil vetat, cùm inde possit esse derivata. Adeoque hinc novum mihi argumentum nascitur, utrumque lapidem eundem esse.

XXXI. Nam 4. id ipsum quod lapis *Makam Abraham* arcæ ferreæ inclusus humi jacet & aquâ irrigatur, magis lapidi sepulcrali quàm alteri alicui convenit, præsertim cum de eodem non solum *Abmed Ebn Juseph* testetur, vestigium quod in eo apparet, esse quasi caput super pasta effigiatum, sed & *Euthymius l. c.* si quis accuratè spectet, conspici in eo *ἐκ γλυφίδος ἀποτύπωσιν κεφαλῆς*, sculptam capitis effigiem, quam ille caput Veneris dicit, ad stipulante *Seldeno*, Venerem in hoc lapide etiam nomen colli à Muhammedanis, quem vide *de Dis Syriæ lib. 2. cap. 4.* Venerem autem seu Astartem, Uraniam & Deam Syriam significasse Lunam, atque assumpto capite taurino, fronte curvatos imitatum ignes Lunæque speciem præ se tulisse, præter eundem *Clar. Seldenum l. 2. c. 2.* etiam *Celeb. Vossius de Orig. Idolol. lib. 2. c. 21.* demonstrat. Cui addi potest, lapidem sepulcri *Ismaëlis* dici lapidem album, adeoque etiam hoc nomine quadrare ut sit idem cum illo qui Venerem refert, quoniam hujus idola ex lapide candido fiebant, ut patet ex illo quod apud *Hermionenses* fuit magnitudine & opere insigni, prout *Pausanias in Corinthiacis* refert.

XXXII. Quicquid vero sit tandem de identitate duorum istorum lapidum (nihil enim in re obscurâ pronuncio, sed conjecturas solum meas affero) saltem aut omnia me fallunt, aut invenimus lunulam illam argenteam, quam ferreo circulo cinctam, vi magneticâ, inter murum (cui magnes tres digitos crassus & duos pedes cum dimidio in quadrum latus, versus latus septentrionale, quatuor retinaculis argenteis insertus,) & sepulcrum Muhammedis, pendulam teneri, idque sic ut luna illa è regione istius magnetis distantiam pedis unius pendeat, supra §. V. vidimus *Surium* ex relatione Turcarum narrantem. Gradum etiam promovimus ad originem fabulæ detegendam.

XXXIII. Nam lapis ille, quem *Surius* magnetem dicit & muro insertum, est lapis niger, de quo §. XXVI. cui magnes colore non absimilis. Luna verò argentea, quam, ait, è regione ejus pendere ferreo circulo cinctam, est lapis alter *Makam Abraham*, de quo §. XXVII. quem *Abmed Ebn Juseph* *ἀποτύπωσιν* dicit arcæ ferreæ inclusum, in quo caput Veneris expressum Luna corniculata, ut §. XXXI. indicatum. Jam si hic lapis in medio *οἴκῳ τῆς ἐυχῆς* jacens, intra Caabam recipitur perinde ac lapis niger, propius ad narrationem *Surii* acceditur, qui lunam suam distantiam unius solum pedis è regione lapidis muro

infixi lotat. Sin verò extra Caabam sit, cujus extrema solùm quinq; aut sex passibus distant, teste *Barthema* supra §. XXIV. situ tamen vicinus erit lapidi nigro quem pro magnete *Surius* habet, si idem lapis effigiem Veneris habens non differat à lapide qui sepulcro *Ismaëlis* incumbit, uti supra aliquot rationibus conatus sum probare. Nam lapis niger est insertus angulo lateris orientalis, qui portæ vicinus per quam introitus in Caabam patet. Lapis verò albus, qui pro sepulcro *Ismaëlis* habetur, est juxta fundamentum lateris meridionalis, prout utrumque *Sbarifol' Edrisi* p. 126. testatur. Quòd si nunc hic arcæ ferreæ inclusus imaginem Veneris seu Lunæ habet atque forsan in sepulcro eminet, num dubitabimus, sepulcrum *Ismaëlis* cum sepulcro *Muhammedis*, lapidem Lunæ effigiem exhibentem & arcæ ferreæ inclusum cum Luna quadam argentea ferreo circulo cinctâ, lapidem denique colore magneti non ab similem cum magnete, confulum, atq; ita, adjectis istis quæ de effigie Caabæ primò cælitus demissâ ac in aère pendulâ, lucis aulae is formam domûs *Adamo* exhibentibus, supra §. XXV. quin de illo ipso lapide nunc descendente nunc ascendente in cælum §. XXVI. fabulabantur, tandem repertos somniorum architectos, qui loculum *Muhammedis*, quem *Meccæ* sepultum putabant, tollerent in altum, atque inter duos istos lapides, nigrum & album, ceu in aère pendulum locarent?

XXXIV. Verùm de illa fabula plus latè. Restat, ut ad detegendam ejus absurditatem, quædam de vi magneticâ ex hypothese disputemus: an nempe fieri potuerit, ut arcæ ejusmodi ferrea, *Muhammedis* cadaver continens, in aère pendula hareret? Affirmant *Joh. Baptista Porta* Neopolitanus, *Magia Nat. lib. 7. c. 27.* & *Nic. Cabeus* Jesuita Ferrariensis *Magnetica Philos. lib. 4. c. 18.* Ille timidius. *Ferrum* (inquit) in aère pendulum sine ullo magnetis contactu, nec ab inferiori parte ligatum: diu multumque laboravimus facere, unde fieri posse ferè impossibile judicamus nunc. Et quibusdam interjectis, quasi sententiam mutans: Quod *Mahometi* arcæ etiam in templi fornicibus pendere falsum est. *Petrus Pellegrinus* dicit alio opere docuisse, quomodo id fieri possit, sed opus nusquam est. Cur mihi difficillimum videatur, inferius dicemus. Nunc autem fieri posse dicimus. Hic verò audaciùs. Lemma capitis est: Potest ferrum suspendi inter duos magnetes; ac proinde posset esse verum ex doctrina magnetica, quod dicitur de arcæ
Maho-

Mahometis, nisi aliunde constet esse falsum: In ipsius autem capitis exordio sic loquitur & rem proponit: Fertur (de rei enim veritate nunc non disputo: sunt enim qui dicant meram esse fabulam & se oculatos testes profiteantur) fertur, inquam, corpus Mahometis Pseudopropheta ad miraculum fingendum, positum fuisse à suis sectatoribus in arca ferrea, deinde extractum cubiculum circumquaque magnete vestitum, in cuius medio pendeat hæc arca nullo sustentata vinculo, sed solum magnetico librata vigore. Quia igitur aliqui non solum de veritate huius rei, sed etiam an fieri possit, dubitarunt; ideo hic PRONUNTIO, rem potuisse fieri; quicquid sit de facto: & dico posse ferrum medium inter duos magnetes suspendi ita, ut ad nullum accedat, sed dum aqua vi trahitur, ab utroque detineatur in aëre libratum.

XXXV. Mihi id haud verisimile videtur ob sequentes rationes. 1. Cum præcipua ratio magneticarum operationum & proprietatum, in quantum hæctenus clarè exposita, intrinsecè dependeat à certâ quadam figura & dispositione partium ramosarum, ex quibus magnes, ferrum & chalybs potissimum constant, atque quorundam meatuum in istis excavatione, secundum quam apta sunt hæc corpora ut recipiant influxum quarundam particularum ætherearum oblongarum ac striatarum, quæ per polos mundi ferri supponuntur suoque per istos meatus transitu magis aut minus agitato, prout meatus istos magis aut minus liberos ac patentes inveniunt, non solum ista corpora versus polos convertunt sed & motu suo circulari efficiunt ut intra spheram activitatis ad se invicem accedant, à quo influxu operationes istæ extrinsecè dependent: haud possibile esset, non impediri istum influxum, si magnes pavimento, parieti aut muro insertus in statu quodam violento constitueretur.

XXXVI. 2. Pariter certum, impeditum iri istum influxum per cadaver in arca ferrea repositum, dum particulæ striatæ (quas vocant) transeundo per meatus ferri in ista arcâ, simul transibunt per cadaver in istâ repositum, in quo dum non inveniunt meatus aptos motui suo & agitationi, agitabuntur irregulariter & inæqualiter, atque hinc impossibile erit talem arcam in medio pendulam sustineri, cum id ipsum ab æqualitate istius influxû (quem alii per modum attractionis concipiunt) potissimum debeat dependere.

XXXVII. 3. Cum non quivis magnes quodcunque pondus sustineat

Stineat, plus possit magnes armatus quàm nudus, quis dabit nobis magnetem adeo validum, ut arcam ferream cadaver humanum continentem possit sustinere? Imò quis dabit duos magnetes per omnia æquales, ad tantam molem in medio sustinendam, ut ad neutrum accedat? Quo experimento vires magnetis explorabimus, ut de istis effectè constet, si vel illas velimus in qualitate quadam occulta, quam facultatem attractricem nominant, locare? Fateor conatum esse *Portam* ostendere *lib. 7. Mag. nat. c. 19.* quomodo magnetis trahens vis ad libram expendi possit. Sed experimentum illud fundamento carere ac fallere, mihi persuasissimum est.

XXXVIII. Denique 4. cùm vis magnetica augeatur & imminuatur, & nihil sit quod motum ac influxum particularum istarum ætherearum possit reddere æqualem, ut non uno tempore magis, alio minus affluant, quomodo fieri poterit, ut perpetuò eadem celeritate ac copia transeant per magnetem unum quàm transeunt per magnetem oppositum, simulque eodem modo per omnia in meatibus arcæ ferreæ excipiantur, quæ tamen supponenda sunt ut talis arcæ ferreæ libratio in aëre possibilis reddatur? Sanè hæc ipsa consideratio *Cabeum* impulit, ut sibi contradicens, vel saltem in eodem capite sententiam mutans, denique sic de hoc problemate statueret. *Potuisset etiam arca ferrea fieri & in cubiculo magnete lapide parietato ita disponi in medio aëre, ut penderet, res tamen ut arbitror non durasset in illo statu, nisi fortasse clauso cubiculo, nullus in eo motus fieret: ex quolibet enim motu concursus ad unam partem factus esset, imò plurimis subjacuisse accidentibus status ille. Unde magneticum illud miraculum statim cessasset. quare absolutè in rebus physicis & positis accidentibus concurrentibus illud esse non potest.* Ergo nec antea debuisset, rem potuisse fieri tantâ gravitate pronunciare, quam absolutè esse non posse, hinc agnoscit.

XXXIX. Expendamus verò etiam rationes, quibus & *Porta*, & *Cabeus*, nituntur, ut istam possibilitatem ostendant. *Porta* quidem statum controversiæ mutat, dum supponit tradi, Mahometi arcam in templi fornicibus pendere, quæ jam alia quæstio est, cujus affirmativa, ut fateor, non tot difficultatibus laborat, negativa tamen verior; & non obstat 1. Quod objicit ex *Plinio l. 34. c. 14.* de *Dinocrate* architecto, qui *Arsinoes* templum concamerare inchoaverat ex magne-

te,

te, ut in eo simulachrum ejus è ferro pendere in aëre videretur. Et de templo *Serapidis* Alexandrino, in cujus fornicibus magnes sit fixus, æneam pendulam statuam tenens, ut quæ ferrum haberet in capite. Nam *Dinocrates* morte præventus, quod inchoaverat non perfecit. Unde minimè ex conatu probatur, opus fuisse successurum. Statua verò pendula in templo *Serapidis* si unquam fuit, quod indefinite Græcorum traditione non satis probatur, proculdubio cohaesit magneti, quâ ratione posse aliquid pendulum fieri, non nego, præsertim cum moles istius statuae non exprimatur.

XL. Non etiam obest 2. ratio *Porta* ab experimento desumpta. *Fieri* (inquit) posse dicimus, quia nos jam fecimus, à superiori parte in aëre suspensum invisibili nexu tenere, dummodo ab inferiori parte tenui filo cogatur, ne sursum ascendat, & dum herere superiori lapidi adspirat, unde in aëre suspensum nutans & tremens videbitur. Siquidem quid illud fuerit quod ita suspenderit, non exprimit. Fortè acicula fuit, ut ex filo cogente ne ascendat colligitur. Quid vero hæc ad arcam Mohammedis? Neque indicat, quamdiu ista suspensio durarit, ut suspensum non conjungeretur magneti. Spectacula talia ludicra plerumque momentanea sunt. Nos verò de suspensione stabili & perpetua quærimus.

XLI. Hanc 3. *Cabens* ineptè probat simili ab eo desumpto quod funibus in diversa trahitur. Hoc (ait) primùm quidem naturis rerum adeo consentaneum est, ut nullam novam ostendet difficultatem; dum enim duo ad se corpus aliquod trahunt funibus alligatum, si vires trahentium sint æquales, neuter illorum victoriam reportat, sed illis funibus suspensum in aëre detinetur corpus. Quod de funibus sentis, hoc de magneticâ vi cogita arcanis nodis ad se ferrum trahente. Utique inter funes & nodos arcanos magnetis magna est differentia. Ostensum etiam supra, conjunctionem ferri cum magnete non fieri per tractionem, & impossibile quoque esse, constitui ferrum, nedum arcam ferream, inter duos magnetes, ut ad neutrum accedat.

XLII. Nam 4. quòd præter experimentum *Porta* (de quo §. XL.) aliud objicit suum, non plus evincit. *Constitui* (inquit) mihi duos hinc inde magnetes distantes ab invicem spacio quatuor digitorum; dum acum digitis levissimè apprehensam mediam posui, ut motum tractionis sensu perciperem, Ubi verò sentiebam ab altero illorum trahi

ACUM

acum ad alterum oppositum magnetem accedebam, & obstinato labore tandem evici, ut medium virtutis invenirem, ibique relicta stetit acus in medio aëre pendula & mansit ibi spatio ferè, quo quatuor hexametri versus pronuntiarentur. Dum autem assurgo, ut ad spectaculum evocem alios, ex motu, ut puto aëris, accessit acus ad alterum illorum magnetem illique adhaesit. Ergo non solum metaphysicè seu mathematicè loquendo, sed etiam physica actione potest constitui ferrum inter duos magnetes ita libratum, ut ad neutrum accedat, sed in libero aere dependeat. Testor me id fecisse. Siquidem non de acu, sed de arca, nobis quaestio est, non de suspensione momentanea in accessu magis lento, sed de perpetuâ. Sensit ipse *Cabeus*, se non probasse quod probandum erat, & conclusionem subjecit supra §. XXXVIII. relatam, quæ confessione ingenuâ herbam porrigit, & id in quo demonstrando se adeo torquet, absolutè impossibile esse fatetur.

XLIII. Quod addam non habeo præter illud *Lactantii* monitum, quo ut rectè gentilium stuporem in retinendis majorum institutis perstringit, dum istis nullo discrimine veri aut falsi solâ traditionis reverentiâ adhærebant, sic & rectè ad liberam veritatis inquisitionem excitat ingenia, vel hoc ipso quod sapere, id est, veritatem querere, etiam minoribus sit concessum, ita scribens lib. 2. de orig. erroris cap. 8. Dedit omnibus Deus pro virili portione sapientiam, ut & inaudita investigare possent, & audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt: quasi omnibus equaliter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illibabilis est tanquam lux & claritas solis, quia ut sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est veritatem querere omnibus sit innatum: sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo iudicio inventa majorum probant & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod majorum nomine posuo, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur: aut illi desipuerint, quia majores nominantur. Quid ergo impedit, quin ab ipsis sumamus exemplum, ut quomodo illi qui falsa invenerant, posteris tradiderunt; sic nos qui verum invenimus, posteris meliora tradamus.



COROLLARIA.

I.

Haud convenienter Logica primus in Philo-
sophia locus assignatur.

II.

Echeneidem vel Remoram, exiguum genus piscium,
(quorundam opinione idem cum eo quod Germa-
nicè *Eine Pricke*) naves secundo vento progre-
dientes, aut vi tempestatis fluctuantes, remorare,
& quasi immobiles tenere posse, incredibile vi-
detur.

III.

Magnetem non per attractionem, sed circumpul-
sionem agere, quod & ipse etiam Plato novit,
verum est.

IV.

Nullus in universa rerum natura motus, præter
motum localem invenitur.

V.

Q. An Lupanaria, ut pudica femina incor-
rupta maneant, sint toleranda? Neg.

VI.

Dari Spectra, & Sacra & profana testantur Hi-
storia.

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

D

VII. Q.

VII.

Q. *An juxta Plebis superstitionem festo Pascha-
tos Sol subsiliat? Neg.*

VIII.

*Omnes sensus, quos vocant externos, commode ad
Tactum possunt referri.*

IX.

*Fabulosum & Experientia contrarium est, Ma-
gnetem, presente adamante, non conjungi cum
ferro.*

X.

Q. *An Monachi Carthusiani, quod à carnibus
abstineant & continuo piscibus victitent, possint
dici temperantes? Neg.*

XI.


*Rarefactio optimè per particularum alius materie
interpositionem explicatur.*

XII.

Prodigalitas, Avaritie adhuc est anteponenda.



Ergo



ERgo age, quod teneris dudum es meditatus ab annis.
 Quod vigiles noctes, quod meruere dies;
 En igitur meritos jam Phœbus spondet honores,
 Ipse paraturus singula clara Tibi.
 Applaudo cœptis, felicia fata sequantur,
 Ut Tibi succedant quæ Tua vota volunt.

*Nobilissimo clarè Docto Dn. Respondenti, Amico
 Honoratissimo, pauca hac gratulabundus
 adjecit*

MARTINUS JOHANNES HAESBAERT,
 Medic. Studios.



Acclamatio votiva.

GRatulor ex animo, Doctissime JORDIS Amice,
 Monstras doctrinæ dùm documenta Tuæ!
 Dumque paras abitum, felici sidere migres
 Quò Tua Te Virtus, quo Tua Fata vocant!
 Salvum Te servet, mala pellat, Jova, Tibique
 Jungantur Comites, GLORIA, VITA, SALUS.

Aliud.

Was ist es dann/ mein Freund! daß ihr so geht zu Felde
 Mit solchem frischen muht/ gleich einem besten Helde?
 Was hat Euch doch gethan des Mahumetis grab?
 Daß Ihr bald diesem glaubt/ bald jenem sprechet ab.
 Und diß ist nicht allein. Der starke Eisen-Zwinger
 Magnet muß auch heran. O Tieffer Sinnen-dringer!
 Was mag's dann endlich seyn/ daß ihr so Tapfer steht?
 Ich halt es zieh auch Euch ein zwingender Magnet
 Die Tugend meyne ich/ die solche Geister lieben/
 Ach ja/ sie ist! sie ist! der ihr Euch längst verschrieben.
 O angenehmer Zwang! O ungebundnes band!
 Wohl dem den diese zieht in ihrem hohen stand!

Rom

Kommt Musen / kommt geschwind / verlaß Parnassus spize!
 Auch selbst Apollo komm von deinem hohen sitze
 Kommt wünscht Herrn JORDIS glück und frische ihm an den
 O wohl dem schönen thun! O wohl der sinnen brut! (muhe;

*Ita desideratissimo Amico suo omnia bona mentis
 testimonia pollicetur*

J. B. MATTHÆUS.



Quanta superstitio , quantum sit fraudis acumen
 In Mahumetistis , JORDIS amice, probas,
 Et vires miras magnetis detegis: Ergo
 Adspirent cœptis prospera fata tuis!
 Perge bonis avibus virtutem extendere scriptis,
 Et famâ tanges Solis utramque domum.

In honorem Præstantissimi Dn. Respondentis apposuis

AND. CARMICHEL.



Si quis Cecropiæ madidus , Latiaque Minervæ
 Artibus, & vastrâ simplicitate bonus;
 Si quis erit magnæ subnixus acurnine mentis,
 Dispeream, si non Tu mihi semper eris.
 Hinc, Perchare, Tuo hîc adstat sua turba libello,
 Lectoremque minus lassat, at implet opus,
 Rara juvant. Primis sic major gratia pomis,
 Hybernæ pretium sic meruere rosæ.
 Judice non opus est docto nec vindice scripto,
 Pectore dum profert pagina vera Tuo.
 Semper ego in docto hoc relegam quæcunque libello,
 Esse putabo: mihi sic quoque pluris erit.

*Ita Nobilissimum Dn. Respondentem, suum ex asse
 amicum hac amicâ προσφωνήσας prose-
 quebatur*

F.P.T.P.Q.St.

FINIS.





①. Ne 30

ULB Halle
000 851 396

3/1







B. G. D.
DISQUISITIO
HISTORICO-PHYSICA
DE
SEPULCRO
HAMMEDIS.

Quam
PRÆSIDE
GUELE ANDREÆ,
iusdemque Extraord. Histor. ac Eloqu.
professore, Bibliothecario & Eccle-
siae Reformatæ Pastore

Ordinario,
in Auditorio ad Nudipedes H.L.Q.S.
Publicè ventilandam proponit

PHILIPPUS JORDIS,
Moeno - Francofurtensis.



MARBURGI CATTORUM,
DOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typogr. i
Anno M.DC.LXXVII.